

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tempus siue temporale b
cum fonte primo

Discernendum est quid precedat
eternitate, quid tempore, quid electione,
quid origine: eternitate sicut Deus
omnia, tempore sicut flos fructum,
electione sicut fructus florem, origine
sicut sonus cantum.

Augustinus in quodam sermone.

“Quomodo illud primo, si postea nihil?”
cum uero dicit primo informem, deinde
formatam, non est absurdus, si modo est
idoneus

discernere, quid praecedat
aeternitate, quid tempore, quid electione,
quid origine: aeternitate, sicut deus
omnia; tempore, sicut flos fructum;
electione, sicut fructus florem; origine,
sicut sonus cantum.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum*
libri XIII., 12, 29 (CCSL 27, L.
Verheijen ed., pp.238-9, ll.7-12).